Sigismundus primus rex Po-
loniae, Bonae reginae coniugi suae.

123

Serenissima etc: Arbitramur nos in por-
tu esse harum actionum nostrarum,
verum nescimus qui venti nos adhuc ita
repellunt, ut non modo non possimus ad
littus optatum appellere, sed etiam quando
hunc portum contingemus, scire adhuc ne-
quaquam. Speramus tamen iam celerem
exitum, et interim mittimus hunc nunti-
um ad invisendam maiestatem vestram,
quam plurimum rogamus, ut quo pacto
et ipsa, et illustrissimi liberi nostri va-
lent, nos reddat certiores, ac felicissime
valeat et nos diligat. 1526.